

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Tekst oficjalny

Commune incliti Poloniae Regni privilegium constitutionum et indultuum publicitus decretorum approbatorumque, ed. I. Lascius, Cracoviae 1506, k. 180v

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 22 [Gn. 26]

[32] *Que et qualia ad hereditatem pertinent.*

Ista sunt, que ad hereditatem spectant: omnes aurum et argentum non formatum, omnia vasa argentea, et tela, que non incisa aut formata fuerit, aut muliebria vestimenta, et sartagines, que a loco non moventur, et dolia, et vasa distillatoria, et omnia caldaria, excepto caldari magno, in quo liquesit cera, quod spectat ad suppellectilem.

Omne proprium, quod locando possessum est, et omnia arma et omnes gladii, et etiam omnes olle eree ac morsee, et cinguli, bracales, et anuli viri, hec predicta spectant ad hereditatem. Item mense et lavatoria, omnes ciste cum planis cooperimentis, et sedilia spectant ad hereditatem. Item pelves cupree et ciste farine, et ciste annonarum, porci, qui in curiis sive in domibus nutriuntur, etiam spectant ad hereditatem. Item omnes porci impinguati spectant ad pulmentaria. Ubi pulmentaria dantur et omnis expensa domestica, que in potestate viri est, tempore mortis, et omnes vacue cuppe, pulvinaria recipit mariti uxor, et non sua cognata proxima.

[hasła: dziedzictwo, spadek, gerada, część obowiązkowa, okrasa, srebro, złoto]